

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati
restituta, & indicibus locupletata

De Sanctis

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXX

Quæ nos, quo minus post Christum ascendamus in cælum, impedian: &
quæ nobis ad ascendendum adminiculo sint, Sermo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-47060)

Signa in cō-
uerione infi-
delium cur
fuerint op-
portunā.

In conuersio-

ne hominū
ad Deū quā-
nam instru-
menta apta
requirantur.

Prædicatores

quidam cur

fructum par-

uum aut nul-

llos. Quanquam cauendum est ne quis induceret temerē quempiam:

sed a quo-

cunque veritas dicatur,

semper humili-

ter, reverenter &

attentis animis sub-

cultanda est: nec tam attendendum cuiusmodi sit, qui dicit, quam caqui-

lius ore proferuntur.

credendum in hominem crucifixum traducere potuissent. Vnde adiuncta sunt illis signa, quibus audientium animi de eorum quæ dicebantur veritate certissimi fierent, planeque confirmarentur: nec quisquam fidelium dubitare potest, qui mundi ad Christum conuersio diuinæ gratiæ possitiam ascribenda sit, vt pote qua factum est, vt prædicatorum verba hominim emolirent, penetrarent, compungentes: quæ si defuerit, utique non nisi æra verberasset. Nemo ergo sibi tribuat, si quandoque suis vel con-

cionibus, vel scriptis alios conuersos sentiat. Gratia est quæ homines co-

uerit. Interim homines quædam instrumenta sunt, per quæ gratia operat-

ur. Non est tamen dubitandum, quin ut plurimum efficacius operetur gra-

tia per apta & munda instrumenta, id est, prædicatores sanctos, quoniam

qui quod verbis docent, ipsi factis non sequuntur. Fit enim sè penitentia, u-

erbi bona multa etiam feruenter & doctè dicantur ab illis qui fecerunt vias

aque docent, tamen parum aut nihil apud auditores efficiant, eo quod ex

frigido corde ipsorum dicta proficiscantur, atque ob id non incendie-

dam referant. Iios. Quanquam cauendum est ne quis induceret temerē quempiam:

sed a quo-

cunque veritas dicatur,

semper humili-

ter, reverenter &

attentis animis sub-

cultanda est: nec tam attendendum cuiusmodi sit, qui dicit, quam caqui-

lius ore proferuntur.

SERMO IN EADEM CELEBRITATE.

Quanos, quo minus post Christum ascendamus in celum, impediunt:

& quanobis ad ascendendum admixiculò sint.

Ascendens Christus in altum captiuam duxit capitularem, dedit dona com-
bus, Ad Ephesios IIIII. Quantum nos hac die solenni gaudere decet
charissimi filij, qua in Christo natura nostra prius in Adam corri-
pta & ex amoenis & tranquillis paradisi sedibus in hoc terribilium labo-
ris mundi exilium relegata, ultra omnem angelorum spirituum celum fundi-
mem, usque ad æterni Patris est eucta consellum, quisquis non intelligi pos-
tis & sensus omnis inops est. Quid enim tantam possit nobis miseri, noli
desperatis, nobis iræ & damnationis filij, veræ ac salutaris latitudine mor-
riam ingerere, quam quod hodierna die verus Dei Filius, idemq; verus ho-
mo naturam nostram, quam pro abolendis illius erratis, expanditq; mer-
itis poenis suscepit, suæ diuinatram vniōnem stupenda, quam inlepara-
bili copulatam, in celorum summa arce ac præcipua dignitate collocati-

Psalms.
Job 7.

Affectione
sua qua nōm
Christus ho-
minem conu-
lerit chaf-
faria.

Obsecro Domine quid est homo quod memores eius, aut quid apponitur erga eum? Siccine decet morti pro suis sceleribus suos contemptu & ingrati-
tudine destinatos, ad tantam euehi gloriam, & non solum iustas non liturepas,
sed etiam in tua transire membra, tuæq; beatitudinis in æstimabili parti-
cipatione beatos ac gloriofos effici? O immensam erga nos Dei charitatem
benignitatem. O homo terra affixus, lucris & voluptatibus & vanitatibus

terra semper deditus, excutere de puluere, mentis caliginem absterge, in-

de acriter oculos cordis ad cōtemplanda beneficia Dei. Vide quo te voca-
bunt?

nigritas & munificentia Dei tu: vide quam ille te nolit esse contentum ha-

paruis, breibus & angustis rebus, quas orbis sub lunaris insipientebo

fert & ingerit, prima fronte & fucata specie blandas ac suaves, at exitu acci-

bat?

bus & amaras: sed exlestibus, æternis, nec vñquam vel fraude cuiuspiam

mittendis, vel vi eripiendis bonis te diuitem ac beatum efficerem cupiar.

Propterea namque Christus hodie ascendit in cælum in ea forma, quam aſſumpterat, quæ nobis cum illo communis est, ut post hac ſcias committendum tibi non esse, vt animo hiſce inſimis rebus adhæreſcas, ſed post Chri-

ſtum toto cordis affectu, proposito, amore, conatu tendas ad superna: idquæ docuerit.

maximè turpe tibi ducas, ſi mundi ſtercora velis amplecti, qui ad immen-

ſis Dei Patris tui in cælis reponitas opes ſecurè poſſiendas Dei benignitate

vocaris. Age igitur abiecit impediſtis, ea tibi aſcifce, quibus fretus &

ſuffultus, polis alacriter poſt Christum in cælos conſcendere. Impediſtis

autem ſunt ea omnia, quæ à Dei voluntate diſcordant, ut ſunt vitia & per-

urbationes animi, quibus anima ceu quibusdam compediibus ac vinculis

ſtringitur, & captiuua retinetur, ut non poſſit liberè ingredi. Adiumenta au-

tora & adiuncta ſunt virtutes & dona Dei, qua animam reddunt expedi-

tam & liberam, ut in ipſum uisque cælum euolat eſſe poſſit. Quæ duo yna ſen-

tentia complexus eſt Apoſtolus, eam à Propheta mutuatus, vbi ait: *Ascendens*

Christus in altum, captiuum duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Captiuum,

inquit, duxit captiuitatem, noſtrorum ſcilięt̄ nexib⁹ alioqui inexplicabi-

libus peccatorum nos abſoluens, quibus anima miſerandum in modum

obligatur, ut non poſſit indita ſibi diuinitus ut libertate, nec erigere ſe ad

cognoscendum, amandum, ritequæ coſendum Dominum Deum ſuum: ſed

a uera ſemper à veris bonis, atque adeo ab ipſo omnis boni fonte Deo,

prona quadam cupiditate feratur ad ſpectanda, expetenda, & amanda uitæ

temporalis oblectamenta: quæ tamen nedum vana ſunt, quia brevia: ſed

etiam fallacia, quia inſidiosa. Deinde adiungit Apoſtolus: *Dedit dona ho-*

minibus, veris ſcilięt̄ virtutibus nos exornans ac instruens, quibus ceu aliis

quibusdam ſursum feramur. Ut enim uitia ſuo pondere animam ſemper

in ima deprimit ita virtutes ex Dei gratia ſursum leuant. Vnde etiam in

extremo die, quando Dominus ad iudicandos mortales omnes adueniet,

impij & ſcelesti peccatorum ſuorum graui ſarcina retenti, non poterunt

uita terram ſe erigere: iuſti autem & sancti Christo pergent obuiam in

æra, moxquæ cum eodem etiam momento celerius in cælum empyreum

subuolabunt: impij verò maleſicijs ſuis tanquam immanilimis plumbi

maſſis & ponderibus in profunda tartarorum deprimentur. Itaque ut ad

abiecienda peccata, virtutesque excoledas animis accendamus, de veris

que nonnil in medium adſerre ſtatuiimus. Conſtat nimurum duas eſſe

vias, per quas humanam uitam progredi neceſſe eſt: vnam ſcilięt̄ virtu-

rum, qua ſursum elucat ad veram beatitudinem vbi nobis Dei uitio pro-

mititur, quæ quicquid recte deſiderari potheſt, in ſe complectitur: altera vi-

tiorum, qua ad inferos deprimat, vbi eſt malorum omnium conuila con-

geries, & infinita calamitas, quam nullam mens concipere, nulla lingua

explicare potheſt. Hacſe vias nedum Philoſophi, ſed etiam Poetæ comi-

moran. Et eam quidem viam, quæ ſit assignata virtutibus, primo aditu

arduam eſſe voluerunt & confragosam, in qua ſi quis diſcultate ſuperata,

in ſummum eius euafert, quod utique nec illi ipſi präſtare potheuerunt, qui

ſuis hæc ſcriptis poſteritati commendarunt, quamdiu diuinæ gratiæ fuerūt facilior.

zz 2 exper-

Eſaias 11.

Ascensione

fus quænam

Chriftus fuos

Quænam bo-

minem ab af-

ſcenſu poſt

Christum in

cælum impe-

diant.

Ascenſum

meatis in cæ-

lum quænam

promoueant.

Ephesi. 4.

Psalm. 67.

Ephesi. 4.

1. Thes. 4.

Via virtutum

quo ducat.

Via virtutum

que ſit quoque

ducat.

Via virtutum

vt ſit primo

congregatio at-

dua, deinde

deinde

**Via virorum
vt sit facie
prima facilis
& iucunda,**

expertes, deinceps plano illum viri itinere, lucidumq; & amicum habere campum, & omnium laborum suorum capere fructus vberes arque iucundos. Quos autem primi aditus difficultas deterruerit, eos ad viatorum se conferre viam, quae primo ingressu sit quasi amena, multoq; trior. inde cum in eam paulo longius processerint, fallacem iucundatis eiusp;ciem repente euanscere, exoriri autem viam præcipitem, innumeris plnam periculis, nunc rupibus asperam & inaccessam, nunc obductam semibus, nunc procellosis gurgitum fluctibus saeum ac immitem, numerentibus rapidam, ut laborare, hærere, labi, præcipitem fieri necesse fit. Quibus quidem nihil aliud homines illi ingeniosi quidem, & quod ad humnam attinet scientiam eruditum significare voluerunt, nisi in virtutibus obtinendis laboris ac sudoris inesse permultum: in perceptis autem fructus longe vberrimos, & veras ac solidas voluptates. Virtus vero fallacissimis quibusdam delinimenti licet animos hominū, & perniciem oblectantur inanissima voluptate captos & illaqueatos ad intolerandas miserias, acerbasq; calamitates perducere. Extant hinc pulcherrimi apud Hesiodum vetustum poemam versus, quos sanctissimum praefulem Basiliū quadam concione recitare non piguit, suntq; eiusmodi:

Ad vicium facilis vicināq; semita cunctis
Panditur: at virtutis iter posuere remotum
Cælicolz, durumq; prius, sed vertice summo
Dum fuerit, planum se offert quærentibus illud.

Quibus carminibus vir sanctus nihil aliud poētam voluisse putat, quoniam amplectendā virtutē homines excitare, ut nec initio voluptati confiderent, nec rerum tædio ac labore ante consequutum terminum desicerent. Meminit idem reverendus antistes Chij cuiusdam, qui hisce iam dictis similia in virtutem & vitium scripsiterit, cuius sententiam recitat, eisq; mentem adhibet assérīt: eo quod nequaquam vir despiciendus videatur. Ait igitur Chius ille: Iuueni quondam Herculi secum consulenti ad vitram viarum se cōteret, an eam, quæ ad virtutem per labores ducit, an facilem per voluptates ingredieretur, duas ei sceminas Virtutem ac Voluptatem, quarum mox talitus apud se ex diuerso habitu differentiam agnoverit apparuisse. Altera quidē forma conspicua, molliore facie, lascivis oculis, sermone blando, omnifausta facilitateq; & ad vitæ solatia tendentia per otia pollicendo Hercule adi trahere conabatur. Altera vero vultu rigido, squalēti mœstoq; ore, magna fiduciam atque constantiam præ se ferens, nihil iucundum, nihil amicum ostendebat, sed mille pericula, laboresq; immensos terra maritis subeundos. Primum tamen horum immortale: ad extremum verò morientem Herculem se securoram, & inter Deos collocaturā promittebat, hancq; securū Herculem dicit. Hucusq; S. Basilius. Pulchre quidē viri isti virtutis ac viatorum depinxere itinera, planè diuersa, sed tamen quia furus vitæ nullam habere certam notitiam, non satis mouent Lectoris animum. Itaq; que ab illisq; explicata non sunt, ex nostra religionis indubitate persuasione petenda sunt. Nobis quidem certum est diuerias planeq; cōtrarias, ut iam ante disimus, homini propositas esse vias, quæ tandem non ad temporariam sed prorsus æternam vel felicitatem, vel miseriā perducant. Habetq; viaque

Hesiodus,
Basilius.

Ibidem,

Chius.

**Virtus & Vo-
luptas qui ex-
diuero di-
serit sint.**

**Viam, dua-
rum duces
quoniam sint.**

ducem suum, qui per eas ingredi volentes deducat. Virtutis via dux Christus est, vitiorum diabolus. In virtutum via, quam à mundi exordio Dei via virtutum amici omnes amplexi sunt, prius demonstrantur mala multa & molesta homini exteriori, qui peccato corruptus continuū cum anima bellum gerit, detrectans illius imperium, quæ Deo obtemperare noluit, sed mala hæc temporalia tantum, quæ postmodum sempiterna consequantur bona. In

vitorum autem via ordine contrario prius temporalia offeruntur bona, sed quæ tandem ad æternam perducant mala, ut quicunque presentia mala, quæ diurna esse non possunt, cum iustitia delegerit, malens ob cōseruādam Dei sui similitudinem momentaneis affligi incommodis, ut possit tueri virtutem ac innocentiam, quam quibuslibet gaudere oblectamētis cum iniuria summi Dei, idem ipse maiora & potiora consequatur bona, nempe æterna, quam fuerint illa, quæ spretuit, vrpote brevia & incerta. Quisquis autem labens vita bona iustitiae præposuerit, aut carnis infirmitate, aut prava deuictus consuetudine, vel obstinata animi irrectius improbitate, in æterbiora & diutiniora incurrat mala, quæ ea quæ fugit. Hæc enim vita temporalis, quam iusto Dei iudicio à patria exules & extorres in hac rotius miseræ valle degimus, quia brevis & momentanea est, idcirco & cōmoda eius & incommoda diurna esse non possunt. Illa verò spiritalis, quia sempiterna est, idcirco & bona eius & mala sempiterna sunt. Ita sit, ut & bonis brevibus, caducis, fragilibus, mala æterna, soloq[ue] audiu horrenda nimis, & malis brevibus ac momentaneis bona perpetuum mälsura succedat.

Dicamus hæc paulò explicatiu. In via perditionis, cuius dux est criminat̄ ille terrareus & serpens tortuosus, quæque aspectu plana, & patens vita praesens omni genere florū atque fructuum delectabilis esse videtur: nō illis qui-
vita hanc si-
ne molesta si-
ue suavia nō
possit esse di-
uturna.
dem, qui refiè sapient, sed stolidis & occæcatis, qui falsa pro veris sequuntur bonis. In hac, inquam, via posita sunt omnia, qua pro bonis habē miseri & omnis vera lucis alieni, ut est opulentia, honor, orium, voluptas, illecebrosæ omnes. Sed cum his pariter iniustitia, superbia, libido, cupiditas, vita praesens. Vixit, ceteræq[ue] vitia, & quæcumque Deus execratur & odit. Huius autem vitæ virtutis exitus talis est. Cum ventum fuerit ad extremum, vnde iam nulla datur exitus qua-
facultas retrocedendi cum omnibus suis bonis fallacibus & illecebrosis, cu-
lis sit.
omni suo splendore ac commentitia felicitate tam subito præciditur, ut nō ante miseri illius nexibus inuoluti ac obstricti, tum illius imposturam, tum sua pericula & damna perspicere possint, quam in profundum tartarorum chaos quo illa omnes sui sectatores certissimè perducit, ruant præcipites. Semitores. Quis quis enim earum rerum, qua praesens vita indiscriminatim bonis ma-
lisque ingerit & exhibet, molli ac delicata specie captus & illectus, atque in vita praesens
merces his, nulla habita voluntatis ac præceptiorum Dei ratione, consequendis ac dest. fruendis occupatus, animum à futurorum consideratione reuocauerit, se-
quæ à Deo auerterit, atque ad dæmonum castra transfugerit, is morte ex hac luce abreptus, mittetur in abyssum, & stagnum illud pice ac sulphure sem- Apoca. 11.
perarsurum, dæmonest, ac impios omnes perenniter crematurum. Porro in cœlesti virtutum via, quæ difficilis & cliuosa, atque vel horrida veprium via virtutum
difficilis, quæ ac tribulorum asperitate terribilis vel præruptis ac arduis rupibus minimis retinabatur
petria prima facie videtur, ita ut eam ingredi volenti, multo labore ac so- mercede.

licitudine vtrendum sit: quæ tamen Dei amor & gratia, atque ipsa hominis bona voluntas temperare solent. In hac ergo via posita est Iustitia, Modestia, Continentia, Charitas, Sapientia, cæteræq; virtutes: sed simul cum his paupertas, ignorantia, labor, dolor, amaritudines omnes, vi quibus veris appetat virtutibus ditescere, nihil horum perpeti vereatur: Vt enim

Acto: 14.

1. Timot. 3.

Apostolus ait, *Per multas tribulaciones oportet nos intrare in regnum Dni.* Et: *Omnis qui volunt p[re]ce vivere in Christo, persecutionem patientur.* At quisquis nullus neque labori, neque molestiæ, neque dolori cesserit, sed in hac via Christi Domini auxilio subnixus, constanter persecutauerit, aut si quandoque nō nihil contingat aberrare, ad viam redierit, is tandem non ad campos Elysios, quos poetarum fabulæ loquuntur, sed ad æternæ beatitudinis perpetuæ mansiones feretur, atque à Deo æquissimo Iudice, & liberalissimo Imperatore suo corona virtutis, & pro laboribus aedoloribus virtutis cauferat, summa ac infinita felicitate donabirur. Vbi tum re ipsa experient quam verum sit, quod Apostolus plenus spiritu Dei affirmat. *Non sunt dignae passiones & afflictiones humanae temporis ad futuram gloriam, qua veniuntur in nobis.* Et: *Id quod in præsentie momentum & leue tribulatione nostra, supermodum in sublimitate aeternæ gloria pondus operatur in nobis.* Quid autem invenimus est, si pro summis illis ac veris bonis, quæ promisit Deus fidelibus seru suis, nonnulli labores ac difficultates subeundæ sint, quando nihil pertinet vile est in hac vita, cuius obtinendæ causa non sit labor aliquis perrendus? Imò vero quid non periculi subeunt amici seculi huius pro rebus quibusdam inanissimi? Athletæ, vt pulchre describit Basilius Magnus, milles supra mille patientes labores, & multis modis roburi ac viris sibi comparantes, multumq; in gymnicis ludantes exercitationibus, plures insuper plagas ex p[ro]dotribâ accipientes, dieramq; non iucundam, sed gymnastici subeuntes, & alia per quam multa sustinentes, tunc demum probè infrauti ad stadium procedunt, vbi & laborant rursus & maximè periclitantur, vt olastræ, aut apij, seu cuiusvis alterius frondis coronam accipiunt, vt à præcone victores declarantur. Huius simile quiddam scribit venerabilis ille æterna sapientia discipulus Henricus Sufo, cuius vita præclarissima eximisq; virtutibus, atque etiam miraculorum gloria emicit. Ait enim se circa suæ conuersio[n]is initio vehementi flagrante desiderio omnipotenti Deo haud vulgariter placendi: sed absque labore & dolore. Accidit deinde, vt quodam tempore concionandi gratia foras p[ro] offici sceretur. Cumq; in naui federet, inter alios vidit illici inuenit quendam sanè strenuum, & forma egregia, & optimis ornatum vestibus. Ad quem se adiungens, quisnam esset ex eo sciscitabatur. Respondit ille, se eiusmodi esse hominem, qui nobiles & illustres viros inter se committeret, vt publicis certaminibus congregarentur, hastisq; & id genus ludis palestricis dimicarent: quibus si præcelleret eum honore affici, ac præmium reportare. Percontante autem viro sancto cuiusmodi id esset præmium, ait ille, Feminam omnium pulcherrimam annulum aureum eius digito inserere, idq; illius esse præmium. Tum vir sanctus. Q[uod]o, inquit, quid agendum est illi, qui id honoris, & unaq[ue] annulum velit adipisci? Respondit miles. Qui crebriores accipit ploras, acriusq[ue] angitur & premitur, nec tamen animo lassescit, sed se f[ac]et.

Rom. 2.

2. Cor. 4.

Quanta id uera pro æternis bonis toleranda sunt.

Basilius,
Athletarum
vanorum stu-
dia laboresq;
quam sint si-
ne fructu.

H[enrici] Sufo-
nis vita quā
Virtutibus fu-
erit eximis.

Paradigma.

rit viriliter, immotusque equo insidet, & duris cedentium istibus tundi se sinit, is nimurum victoriz palmarum recipit. Quid si, ait vir sanctus, primo congressu quispiam strenue se gerat, id ne satis est? Minime sane, inquit miles. Certaminis discrimen omne ad extremum usque sustineat oportet: & si visque adeo immanes excipiat ictus, ut oculi igneas mittant scintillas, sanguisque ex ore & naribus erumpat, id orane ferendum est illi, si laudem referre velit. Rursumque vir sanctus, Liceat ne ait lachrymas illi emittere, aurora frontemque in rugas contrahere, dum ita immaniter pulsatur ac ceditur? Neutquam, ait miles, etiam si cordis defectum patiatur, ut plerisque accidit. Sed alacri ac hilari vultu sit necesse est: alioqui patebit iudicatio ac derisus, honoreque illo & annulo frustrabitur. His auditis pater ille venerabilis totus animo compunctus, alta imo ex pectore ducens suspiria & graviter ingemiscens ait ad Dominum: Omnipotens xterne Deus, si huius mundi milites pro tam vili praemio, quod in seipso reuera nullius pretij est, tam dira perperi habent: quam ergo planè dignum æquum & iustum est, ut æterni causa honoris obtinendi maiora acerbioraque perforantur? Nihil pre bonis, igitur, ut dicere coeparam charissimi, admirationis habet, si non nihil laborandum sit pro æterna vita, quando amentissimi huius seculi, ac stolidissimi hominiciones multa prorsus immania pro vilissimis nugis subire non dubitant nedum presentis, sed etiam æternæ mortis discrimina. Interim tamen, ne quis animo frangatur, tanquam via virtutum solis intolerandie, nimiumque duris ac impatiensibus sit plena molestijs ac periculis, id pro certissimo habendum est, ut iam ante meminimus, Dominum Deum seruis suis sive gratia aspiratione, sive amoris dulcedine, alijsq; multis modis ita temperare aduersa omnia ut saepius nedum æquanimiter, sed etiā hilariter perferantur. Contra vero vitiorum via etiā blanda omnia promittit, tamen innuneriis sui servatores miseris, afflictionibus, laboribus ac doloribus diuexat, etiam ante quam ad terminum peruerterit: id est adeo ut plerique ex ijs adhuc in corpore superstites inferorum cruciatus ac supplicia in mente & conscientia patiantur, præter externa mala, quibus saepe multo frequentioribus ac acerbioribus, quam qui virtutum gradiuntur itinere, affliguntur, ut iam partim commemorationis. Vnde etiam quicquid sine hic, sive alibi de asperitate illius viae, qua virtutibus assignatur, dictum est, ad illos referendum est, qui à virtutis sece ad virtutes transferre infatuunt: quibus initio certum est laborandum esse, donec ad exterioris virtutis quinam laborandum sit, quantum sit pro reformatio- nis exteriores, hominis aliquam reformationem, ac passionum edificationem pertingant: qua adeptam, iam ineffabilem potius iucunditatem ac suavitatem, quam asperitatem ullam experientur. Nam si qua presserit eos ad veritas, non solum non dolerent, sed gaudebunt etiam: quandoquidem ea nihil homini expurgato: sed carni tantum nocet. Eam autem premi merita Deo soluere penas lætabuntur, vice, quam eum hostem crudelissimum oderunt. Quod quidem ad virtutem heroicam pertinet, gaudere videlicet & latari de omni aduersitate illata corpori & animali nostro inimico quidem acerrimo.

Sunt namque virtutes quadrifariae, nempe Civiles vel Morales, Purgatoriae, Heroicae, & Exemplares. In Ciuitibus vel Moralibus, homo laborat: ne-

Virtutes esse
in quadruplici
disciplina:

zz 4 in pug

Virtutes esse in Purgatorijs proualeat: in Heroicis lætarur: in Exemplaribus splendor & diuinitatē consequitur. Itaque in Ciuitib⁹ & Moralib⁹ virtutib⁹ præcipue labor est nulla ferme redemptus delectatione, quæ est in alijs virtutib⁹ melioribus: quanquam Dominus Deus pro sua benignitate etiam no-

uitijs & qui circa morales versantur virtutes nonnunquam haud mediocrem solet dulcedinem instillare, vt fortius perseuerent. Sed tamen, vt diximus, illis potissimum, hoc est, nouis Christi tyronibus, & qui virtutum viam ingredi incidunt, passim prædicatur arduum esse & difficile ipsarū virtutum iter: quo facit illa D. Basilius sententia: Aspera primo & pene inuia, sudoribus cōtinui, ac laborum plena est virtutis via. Quamobrem magna vis exquiritur propter arduitatem illius capessend: nec affectanti facile est ad illius cacumen accedere. Itemq; illa Laetantij Firmiani: Ad supremum boni apicem, non nisi cum summa difficultate ac labore peruenitur. Hęc enim ad inexercitatos magis spectant, quam eos qui iam longe in virtutibus progressi, aut virtutis perfectionem adepti sunt: qui cum Propheta dicunt: In viae simiorum tuorum dilectatus sum si. ut in omnibus diuirys: Itemq; Dilectio tua super aures & topacum, Et illud: Iudicia Domini vera, iustificata in semine: ipse desiderabilis super aures & Lepidem pretiosum multum, & dulcem se per mel & fauum. Itemq; Viam mandatorum tuorum eucarri, cum dilatissime meum. Quibus nimirum non modo alpere non est virtutum via, sed lau-

uissima, & iugum Domini verè suave, & onus leue: quibus amor cuncta redit facilima, quæ minus amantibus sepe nimis onerosa & difficilia videntur. Sed iam his ita de vtroque, puta & virtutum, & vitiorum irinceptis, cognitoq; quorsum vtraque tendat, studeamus dilectissimi filii illi inherere via, qua lætissimum habet exitum: eam autem fugere & execrari, cuius finis mors est sempiterna. Namq; hoc pačto expediemus nos ad quod initio vos hortatus sum ab impedimentis illis omnibus, quæ non sinunt nos cum Christo in celum profici: amplectemurq; & comparabimus nobis, quæ nos ad superna eleuent.

Si membra summi capit⁹ sumus, si quod fide credimus, animo concipimus: si deniq; nō fallaciter Christi nomine gloriamur, sequamur Christum caput nostrum in celos ascendentem, quæramus & experiamus ea, quæ sursum sunt, non quæ super terram. Et sicut à Christo nos gaudemus Christianos dici, ita nihil admittamus vñquam, quod tanti nominis gloria & dignitatē obsecreret. En se de ad Patris dextram gloria & honore coronatus Christus Iesus dux & signifer noster, vt se sequamur summopere exoptat. Dolet nos animi amore & affectu hisce vñibus coniungi rebus, quos celestibus malleit ditare bonis. Clamat indefinenter ad nos: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Contemnit diabolicas fraudes, quibus implicat vos nequam ille spiritus, ne me sectemini. Transtice ad me omnes, & diuitijs meis implemini. Spiritus enim meus super mel dulci, & hereditas mea super mel & fauum. Quæso charissimi obtemperamus vocantis nos Domino, nec obduremus corda nostra, ne si nos illius modo benignitatem contemnimus, quandoq; audire cogamur quod se sui contemptibus dictum cominatur: Quia vocavi & renuiſti, extendi manum meam, & nō fuit qui aspiceret. Despexitu omnis consilium meum, & increpationes meas neglexit.

Basilij.

Laetantius.

Psalm. 118.

Ibidem.

Psalm. 8.

Psalm. 118.

Matth. 11.

Quibusq; via
virtutis fit
suavis.

Coloss. 1.

Christū nos
sequi quo
modo oport
eat.

Psalm. 118.

Matth. 11.

Eccle. 24.

Prov. 1.

Sicut ego quoque in interitu vestroridebo, & subsannabo cum vobis id quod timebatis, euerit. Cum irruerit repetita calamitas & interitus quasi tempestas ingrueat: Quod doveniret super vos tribulatio & angustia. Tunc invocabunt me, & non exaudiem, manu consurgent. & non inuenient me, eo quod exosam habuerint disciplinam, & timore Domini non suscepint. Comedent agitur fructus via sue, & consilijs sui saturabuntur. Quod à nobis auertat clementia Salvatoris nostri Dei. Qui cum Patre & spiritu sancto viuit & regnat, per omnia secula seculorum, Amen.

FERIA II. POST SOLENNITATEM PENTECOSTES Lectio Acto. X.

Aperiens Petrus os suum dixit: *Viri fratres, & patres, nobis precepit Dominus predicare populo & testificari, quia ipse est, qui constitutus est à Deo index viuorum & mortuorum. Hic omnes prophetate testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eum. Adhuc loquente Petro verba hac, cecidit Spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum. Et obstupuerunt ex circuncisione fideles, qui venerant cum Petro, quia & in nationes gratia Spiritus sancti effusa est. Audiebant enim illi loquentes linguis, & magnificabant Deum. Tunc respondit Petrus. Nunquid aquam quis prohibere potest, ut non baptizentur hi, qui Spiritum sanctum acceperunt sicut & nos? Et iussit eos baptizari in nomine Domini nostri Iesu Christi.*

PARAPHRASIS IN EANDEM LECTIONEM.

Postquam Apostoli receperunt Spiritum sanctum, augebatur quotidianum numerus, Nam & Cornelius Centurio cum omnibus creditum & familia sua, vocatisq; ad se necessarijs & amicis, ex Ioppe accersit Petrum Apostolum, qui sibi ac suis, iuxta revelationem per angelum sibi factam, viam annunciat salutis. Quod ubi Petrus aduentiens esset facturus, aperiens os suum, dixit: *Viri fratres & patres, nobis precepit Dominus prædicare populo dicens: Euntes in mundum vnuersum, predicate Euangelium omni creature: & testificari, quia ipse est, qui etiam secundum naturam humanam constitutus est iudex viuorum & mortuorum. Apparens namque post resurrectionem Apostolis Iesus: Data, inquit, est mihi omnis potestas in celo & in terra. Et ante passionem idem de Patre loquens, dicit: Potestatem dedit ei, id est, Filio Pater & iudicium facere, quia Filius hominis est. Neque enim Pater iudicat quemquam, sed iudicium omne dedit Filio. Huic Christo Domino omnes Prophetæ qui eundem præcesserunt, testimonium perhibebant hoc, puta, ut omnes qui credunt in ipsum, remissionem accipiant per nomen eius. Hoc, inquit, testimonium adferunt Christo omnes prophetæ credentes vnuersos iustificari per nomen eius, hoc est, per fidem & inuocationem nominis eius. Hæc ita Petro loquente, interim cecidit, id est, subito venit Spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum, hoc est, super*

222 Cor-

Acto. 1. 4.
Acto. 9.
Acto. 16.
Matth. 28.
Ioan. 5.